



Jahresbericht

des

Königlichen Gymnasiums

zu

Rastenburg,

womit

zur Prüfung der Schüler,

die am 1. October Vormittags von 8-12 Uhr und Nachmittags von 2-5 Uhr
gehalten werden soll,

und

zu dem Schul-Aktus,

der am 2. October um 10 Uhr das Sommersemester schließen wird,

ergebenst einladet

der Direktor Dr. **Techow.**

Inhalt:

1. Quaestionum epicarum specimen II von Dr. Rahts.
2. Schulnachrichten vom Direktor.

Rastenburg, 1868.

Druck von Oskar Schlemm.



Faint, illegible text at the top center, possibly a date or reference number.

Faint, illegible title or header text.

Faint, illegible text block below the title.

Faint, illegible text block in the middle of the page.

Faint, illegible text block in the lower middle section.

Faint, illegible text block near the bottom of the page.

Faint, illegible text block at the very bottom of the page.

Nihil in studiis parum est.
Quintil.

Quintam Smyrnaeum inter recentiores poetas epicos Graecos, eum esse quem aliqua cum delectatione legas, cum propter dictionis elegantiam Homericam simillimam, tum quod poetica quadam facultate Apollonio Rhodio, Nonno, Tryphiodoro sit superior et veteres philologi satis multis testimoniis affirment, nec nostra quisquam aetate infitias ibit, qui aliquantum operae collocaverit in Posthomerice accuratius legendis atque diiudicandis. Etenim etsi difficile factu videtur nimis assentiri laudibus, quibus veteres editores Quintum extulerunt,*) ardenti magis universae antiquitatis studio capti, quam integro utentes sanoque iudicio, tamen negari non potest, poetam, laudis Homericam aemulum ob id ipsum, quod Homeri vestigiis tam presse insistat, ut totum animo recepisse et quasi suum reddidisse videatur, multo antecedere eos, qui studiis insignes et doctrina, non ingenio et indole poetica ornatu versus epicos elucubraverunt.

Atque in hac Quinti cum Homero similitudine fieri non potuit, quin qui aliquid operae posuissent in Posthomerice perscrutandis studiose anquirerent, quae Quinti propria, quae ex carminibus Homericis deprompta, vel aliqua ex parte essent Homericum. Qua in quaestione inter editores Quinti Tychsen et Arminius Koechly, alter in commentatione editioni praefixa, alter in Prolegomenis et summa diligentia et solito acumine conscriptis tanto studio versati sunt, ut pauca admodum supersint, quae disputari posse videantur. At, ut messe confecta spicilegium relinquatur egentibus, unde aliquantum fructus percipere possint, sic non defore arbitror, quae in medium prolata aliquid conferant ad cognoscendum peculiare Quinti ingenium eamque, quae ipsi intercedat cum Homero cognitionem explanandam. Inprimis vero quum de sera Posthomerice origine iam non dubitetur, quae Juliani temporibus in lucem prodiret plerisque nunc quidem persuasum est, operae pretium esse videtur anquirere, quid ex popularibus de dis opinionibus, quales Homericum carmina ostendunt, Quintus retinuerit,

*) In editione post Aldinam altera Freigiana, sive Basileensi titulus inscriptus est: *Κοίντου Καλάβρου ἀρχαιοτάτου καὶ σοφωτάτου ποιητοῦ παραλειπόμενα Ὀμηροῦ κτλ.*

Rhodomannus, quem propter miram versuum Graecorum condendorum artem aequales ipsum non dubitarunt Homerum appellare Germanum, in epistola nuncupatoria Quinto praefixa *Καλάβρος*, inquit, οὐδὲν τῆς αὐτοῦ (Ὀμήρου) περὶ τὸ ποιεῖν δεινότητος καὶ εὐφροσύνης ἀπέλειπε, ὥστε εἶναι ἕτερον ἀληθῶς Ὀμηρον. —

Moderatiore usus iudicio Heyne ad Verg. Aen. II. Exc. I. p. 274 ed. II. hunc poetam censet non infimo loco habendum, in quo esse loca egregia et praestantiora quoque potea haud indigna. (cf. Tychsen comment. de Quint. Smyrn. sect II. §. XI.)

quid mutaverit, vel de suo adiecerit, praesertim quum editores supra laudati de aetate huius poetae disserentes ex ipsa eius de fato sententia argumentum ceperint, cur huic potissimum aetati sit adnumerandus. Audiamus utrumque: Tychsen, *comm. de Quint. Sm. sect. I. §. XIV. extr.* haec scripsit: Videtur autem Quintus primis huius aetatis poetis, qui sub Juliano floruerunt adnumerandus potius esse, quam senioribus, quum gentilem eum fuisse tota carminis ratio et imprimis crebrae caeci fati descriptiones declarent. Accedit, quod unico loco, quo ad Christianorum dogma de caelestibus praemiis et inferno alluisse videri potest (VII, 82) additur *πέλει φάτις ἀνθρώποισι*, ut aliunde ductum esse innuat.*)

Copiosius de eadem re disserens Arm. Koechly *Prolegg. p. V.* addit, vix ullum tempus illa aetate excogitari posse aptius, quo quis huiuscemodi carminis faciendi cogitationem animo concipere potuerit, quam breve illud Juliani imperium, quaecumque poterat, undique conquiritis et sublevantis ad veterem religionem restituendam. Deos apud Quintum nihil esse, nisi tenuissimas umbras per imitationem pietatis fide fervoreque carentem ex splendidis Homeri imaginibus descriptas, ut facile videas poetam ipsum de eorum vita et potestate nihil amplius credidisse. Plurimis contra locis Parcae vim et summum in omnes res divinas et humanas arbitrium ita celebrari legentibusque inculcari, ut hanc fuisse vivam auctoris persuasionem facile appareat. Adlatis deinde locis ex Posthomericeis, quibus haec traditur de Parca sive de fato doctrina vel maxime eam convenire affirmat Juliani temporibus, testem afferens Maternum Firmicum eiusdem aetatis scriptorem, cuius prope eadem sit de fato sententia.

Occupato mihi iam dudum in legendis identidem atque comparandis Homeri et Quinti carminibus haec virorum doctissimorum iudicia ansam dederunt accuratius investigandi, quae sint apud Quintum deorum, ut ita dicam, Homeriorum partes, quae ipsi tribuenda, vel ex aetatis, qua fuisse fertur indole profecta, cum quod auctores sequi quamquam gravissimos meo non adhibito iudicio nolui, nec rata habere sine ratione, quae ab iis, quos ceterum probem, iudicata videam, tum quod legentem me semper sic afficere solet Quintus, ut perpauca tantum ex ipsius ingenio profecta, pleraque ex Homero, multa ex Hesiodo decerpta esse existimem. Cuius rei satis multa attulisse mihi videor exempla in priore harum quaestionum particula ante hoc triennium edita de imaginibus disserens et Homericis et iis, quas Quintus ex carminibus Homericis mutuatus sit. Data iterum opportunitate haec in lucem prodeat quaestiuncula, tum quum per muneris publici officia et negotia privata concessum erat, animi causa instituta. —

*) Quintum sacrorum christianorum expertem fuisse non est, quod negemus; tamen in hemistichio laudato argumentum huius rei inesse haud crediderim. Similiter Hom. (quem poeta nullo loco non imitatur) ζ. 42 *ἀπέβη γλανκώπις Ἀθήνη — Οὐλομπόνδ' ὄθει φασί θεῶν ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ — ἔμμεναι*, ubi quin poeta loquatur, quae vera esse ipsi persuasum sit, vix cuiquam dubium esse potest. —

Quintus, quum res in Iliade narratas usque ad excidium Troiae persequi suscepisset, facere quidem non potuit, quin deos quoque reciperet Homericos, quibus idem esset ministerium eademque atque apud Homerum partes agenda. Neque enim aliter cohaerescere inter se poterant res narratae et narrandae nec continuari, quae inchoata ad finem perducenda sibi sumpserat poeta. Quid igitur mirum, quod quos Homerus agentes inducat deos deasque, sive opem ferentes mortalibus, sive adversantes, eosdem reperiamus apud Quintum eademque perpetrantes? Accedere vero apud hunc novam de fato doctrinam, vel *Αἴσης*, vel *Μοίρης* nomine notato, cui et summus Juppiter et ceteri di ita sint subditi, ut ipsorum arbitrium satis angustis finibus circumscriptum videatur, nec quemquam fugit, qui Quinti carmen unquam manibus volvit, et viri docti, quorum supra attuli sententias, satis graviter monuerunt. Nostrum igitur erit primum quaerere, quae sit huius *Αἴσης*, sive *Μοίρης*, quam Parcae nomine posthac nominabimus, vis et potentia, deinde quibus in rebus Quintus sibi ipse repugnet fatum commiscens cum deorum ministerio, denique utrum huius doctrinae initia iam apud Homerum reperiantur, necne. — Ac primum quidem eos locos in medium proferamus, quibus poeta Parcae, sive Parcis summum omnium rerum arbitrium tribuit vimque et Jovis et ceterorum deorum potentia multo maiorem.

XI. 269 sqq. Proelio atroci inter Graecos et Troianos commisso, Troiani quum salutem suam in summum discrimen ac periculum vocatam viderent, deum opem implorant. Ji vero non audiunt.

*Αἴσα γὰρ ἄλλα πολύστονος ὀρμαίνεσκεν
ἄξετο δ' οὔτε Ζῆνα πελώριον, οὔτε τιν' ἄλλων
ἀθανάτων· οὐ γὰρ τι μετατρέπεται νόος αἰνός
κείνης, ὄντινα πότιμον ἐπ' ἀνδράσι γεινομένοισιν
ἀνδράσιν ἢ πολίεσσιν ἐπικλώσῃται ἀφύκτιφ
νήματι τῆ δ' ὑπο πάντα τὰ μὲν φθινύθει τὰ δ' ἀέξει*)*

Similiter Calliope III, 650 sqq. Thetidem consolans mortem filii vehementer lugentem perniciosam vim Parcae describit, cui nemo mortalium non sit obnoxius: ἢ οὐκ ἀέεις ὅτι πάντας ὄσοι χθονὶ ναιετάουσιν ἀνθρώπους ὀλοῇ περιπέπτταιαι ἄσχετος Αἴσα, οὐδὲ θεῶν ἀλέγουσα, τόσον σθένος ἔλλαχε μούνη. hanc Priami quoque urbem esse eversuram multisque et Graecis et Troianis, cuicumque voluerit, mortem illaturam, θεῶν δ' οὔτις μιν ἐρύξει —

Sic XIII, 559 summus Juppiter ipse Troiam ab interitu servare non potuit, οὐνεκα Μοίραις — εἴκει καὶ μεγάλοιο Διὸς μένος et XIV. 95 sqq. di Troianis pro-

*) Lobeck. Aglaopham. I, 596, quo loco de fatis urbium sive geniis natalibus disserit, Quintum hoc loco Italicam superstitionem secutum esse monet, cuius nulla apud veteres Graecos reperiantur vestigia. Hi enim neque publice urbis, vel imperii, nec privatim muneris, redditus, adoptionis natalem, ut Romani celebrabant, neque etiam ut Italiae civitates annos ab urbe condita numerabant. Geniorum autem religionis, cuius causa illa solemnia urbium natalicia instituta sunt, prorsus expertes erant, antequam cum Romanis commercia pacis bellique iniverant. —

pitii conspecto urbis incendio indignantur quidem, sed opem ferre cupientes nequeunt

οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ μόρον οὐδὲ Κρονίων
 ῥηϊδίως δύνατ' Αἴσαν ἀπφρέμεν, ὅς περὶ πάντων
 ἀθανάτων σθένος ἔστιν Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται

cf. II, 663 sqq. ἔξ οὗ πάντα πέλονται κτῆ, quod Koechly Prolegg. p. VI. nihil nisi frigidam antiquorum poetarum imitationem esse censet (cf. Hom. N, 632 οὐδ' ἐκ τὰδε πάντα πέλονται.) Ceterum hinc iam apparet. Quinti studium connectendi ea, quae si ad vivum resecaere velis, prorsus sibi repugnant, Jovis omnium rerum praepotentis auctoritatem cum fatali necessitate, cui et ipse subditus esse dicatur. De quo infra plura erunt commemoranda. —

Quodsi his locis Parcae vis et potentia ea esse dicitur, quae et Jovem et ceteros deos tantopere superet, ut nec resistere quisquam ei possit, nec mutare, quae fieri semel iusserit, facile adducimur, ut existimemus, poetam, qui hanc animo conceperit opinionem, deorum ministerio vel omnino supersedere potuisse, vel tales fingere, quibus nihil esset negotii, nisi ut exequerentur, quae Parcae arbitrio essent constituta. Minime vero. Sive enim tantum valuit veterum religionum auctoritas, sive poeseos epicae natura hoc postulare visa est, ut hominum actionibus deorum opera intercederet, poeta deos non modo suo arbitratu agentes inducit, sed etiam saepe cum fato, sive cum Parca adeo connexos, ut nullo modo separari posse videntur. Cuius rei exempla aliquot afferam: IX. 491 sqq. Agamemno Philoctetem Calchantis iussu in castra Graecorum adductum placaturus sic alloquitur:

ὦ φίλ' ἐπειδήπερ σε θεῶν λότῃτι πάροιθεν
 Αἴμυρ' ἐν ἀμφιάλῳ λίπομεν —
 οὐ γὰρ ἄνευ μακάρων τάδ' ἐρῆξαμεν, ἀλλὰ πῶν αὐτοὶ
 ἤθελον ἀθάνατοι νῶν κακὰ πολλὰ βαλέσθαι —
 ἀνδράσι γὰρ βίότιοι πολυπλάγκτιοι κέλευθοι (Koechly)
 πᾶσαν ἐπ' ἠπειρον, πέλαγος τ' ἀνὰ μακρὸν αἴστοι
 Μοιράων λότῃτι πολυσχιδέες τε πέλονται κτῆ

variae et multifidae viae sunt per quas mortales ducuntur ὑπὸ δαίμονος Αἴση. — Eandem hoc loco vim idemque de rebus humanis arbitrium Parcae tribui et dis caelicolis nemo non videt, ita quidem, ut prorsus eadem effecisse dicantur. Neque enim vocabulum μάκαρ ad Parcas ipsas referri ullo modo potest, vocesque θεῶν λότῃτι, οὐκ ἄνευ μακάρων, Μοιράων λότῃτι, ὑπὸ δαίμονος Αἴση adeo commixtae sunt, ut vel idem valere apud nostrum poetam iudicandum sit, vel ipsum nescivisse, utrum dis an Parcae plus auctoritatis tribueret. — Similiter Hecuba mortem Paridis deplorans X, 377 exclamat: οὐ γὰρ ἄνευ μακάρων τάδε πάσχομεν, ἀλλὰ τις Αἴσα — μήδειο λοίγιμα ἔργα III, 756 sqq. Parcae, χάους ἱέροιο θυγάτριες*) equis Achillis hanc sortem

*) Apud Hesiodum Theog. 217 Μοῖραι Noctis filiae dicuntur, contra 904 et apud Apollodorum I, 3 Jovis et Themidis: Ἐκ μὲν Θέμιδος τῆς Οὐρανοῦ Ζεὺς γεννᾷ Μοῖρας, Κλωθῶ, Λάχεσιν, Ἄτροπον. —

dedisse feruntur, ut cederent Neoptolemo eorum opera in campos Elysios vehendo Ζηρός ὑπ' ἐννεσίησιν. — XII, 473 Laocoon, ceteris Troianis in urbem redeuntibus, solus remanet in littore cum filiis, πέδησε γὰρ οὐλομένη Κῆρ καὶ θεός. (De Keribus Parcae ministris easdemque atque ipse partes agentibus paullo infra erit disserendum.) VI. 310 Eurypylus ait: ταῦτα μὲν ἀθανάτων ἐν γούνασιν ἐστήρικται — ὅς τε θάνη — ἦ ἐ' σαωθῆ. Adde, quod vox Homericā Διὸς αἶσα (I, 608. P, 321) apud nostrum quoque reperitur: X, 330 αἶς γὰρ οἱ ἐπέκλωσε Διὸς Αἶσα III, 487 ὑπὲρ Διὸς ἄσχειον Αἶσαν, quod θεῶν ἰότητι VII, 638 θεῶν ἐρικυδέϊ βουλῇ ibid 645, ὑπ' ἐννεσίησι Διὸς μεγαλοβρεμέταο II, 508 Διὸς κρατερόφρονι βουλῇ I, 538 eadem fieri dicuntur quae aliis locis Parcae soli adscripta sunt. —

Qualem verò sibi finxerit poeta hanc Parcam, qua specie indutam esse voluerit, nullo loco ita expositum est, ut distinctam teneas atque luculentam imaginem. Neque ex epithetis quidquam colligi potest vim potius et actiones spectantibus, quam corporis habitum et speciem (λυγρή, στυγερῆ, ολοή, ἀλεγείνη, πολύστονος, ἄσχειος, ἀπάσ-θαιος, ἀίδηλος, ἄτροπος (semel VII, 247), πολύτροπος (XII, 171). — Caecam fuisse conicias ex VII, 67 sqq. ubi Nestor Podalirium consolans fratris morte vehementissime lugentem ad hunc fere modum loquitur: Mortalibus omnibus eandem orbitatis sortem tribuit nomen divinum; nos omnes terra aliquando operiet, non eandem vitae viam ingressos, nec quam quisque ipse cupiverit, sortes enim innumerae tam prosperae, quam adversae commixtae iacent, ante genua deorum repositae (θεῶν ἐν γούνασι κεῖται*) nec deorum quisquam eas adspicit**) quippe remotas a conspectu nebulaeque divinitus obtectas,

τοῖς δ' ἐπὶ χεῖρας,
οἴη Μοῖρα τίθῃσι καὶ οὐχ' ὀρώσ' ἀπ' Ὀλύμπου
εἰς γαῖαν προΐησι —

aliae alio feruntur, tamquam venti flatu dissipatae ac saepe vir bonus magna affligitur calamitate, improbo ex voluntate omnia cedunt. — Tritam habes per totam antiquitatem querelam, quod bonis male evenerit, improbis optime, quam Cicero (N. D. III, 32.) tot exemplis illustravit. Parca vero oculis sive opertis, sive deflexis sortes deicit de caelo, quae hominibus obtingant vitam agentibus tenebrosam, ut nunquam certo gradu incedant, sed vacillent pedibusque offendant, modo laeta captantes, modo incidentes in mala. — Iam opinionem de fato, quae est apud veteres poetas, degenerasse videmus in vulgarem superstitionem omnia hominum et facta et cogitata temeritati et casui non rationi nec consilio permittentem. Quae quum non unius aetatis sit propria, sed omnibus

*) v. Koechly ad h. l. Bonitz (Symbolae criticae ad Quintum Smyrnaeum in Zimmermanni annalibus antiquit. 1836) pro θεῶν scripsit θεῆς. Quod etsi sensui accommodatius esse non nego, tamen Koechly suo iure fecisse videtur, quod retinuit θεῶν, hanc scilicet ob causam quod minime alienum est a Quinti ingenio formulas inserere Homericas, quamvis cum iis, quae ipse finxerit, parum consentientes. — **) Ab hac sententia poeta discessit XI, 140, ubi Apollo, quodnam vitae spatium Aeneae et Eurymacho Parcae dederint, non nescit.

omnium temporum insipientibus communis, dubito, an recte fecerint, qui qua aetate fuerit poeta inde cognoscere voluerunt. Similes enim ineptias, si licet nova componere antiquis apud nostros tragoediae, quae vocatur fatalis, scriptores Z. Werner, A. Mueller, E. ab Houwald, alios nullo negotio reperies. Sed ad Parcam Quinti redeo: XIII, 473 hi versus leguntur:

πάντα γὰρ ἄσχετος Αἴσα βροσιῶν ἐπιδέσκειται ἔργα
καὶ τὰ μὲν ἀκλέα πολλά καὶ οὐκ ἀρίθμητα γεγῶτα
κυδῆεντα τίθεισι, τὰ δ' ὕφοδι μείον' ἔθηκε κτε·

quos qui comparare voluerit cum iis, quae paullo ante attulimus, parum sibi constare poetam non poterit non concedere; quippe eandem deam (*Μοῖρα* enim et *Αἴσα* apud nostrum prorsus nihil inter se differunt) quam oculis uti negaverat, omnes ait intueri res humanas; quae temere sortes spargere ferebatur, et dis et hominibus et ipsi ignotas, consulto agere dicitur humilia extollens, deprimens sublimia. Ceterum Quintus locum Hesiodi imitatus est, idem de Jove praedicantis, quod hic Parcae adscribitur: *ῥεῖα δ' ἀρίζηλον μινύθει καὶ ἀδελιον ἀέξει* — *Ζεύς ὑψιβρεμέτης* Opp. 6.) cf. Goettling ad h. l. qui praeter versus nostri poetae simile dictum attulit Aesopi apud Diog. Laert. I, 3, 2 et Herod VII, 10, 5.

Nec vero ubique immotum, nec immutabile fatum esse videtur apud nostrum. Paris enim gravi vulnere saucius ex venenata Philoctetae sagitta concepto ad Oenonen confugit, uxorem repudiatam opem eius imploraturus, *ἐπεὶ ῥά οἱ αἴσιμον ἦεν Οἰνώνης ὑπὸ χειρὸς μόρον καὶ Κῆρας ἀλύξαι, ἣν ἐθέλη* (X, 261.) At si nunquam *μετατρέπεται νόος αἴσης, ὄντινα πότιμον* — *ἐπικλώσεται ἀφύκτω νήματι* (XI, 271) qui fieri potuit, ut in libero mulierculae arbitrio positum esse diceretur, utrum servare coniugem, an neci dedere vellet. Quodsi Cicerone auctore (N. D, II, 1. 2.) et philosophi et pontificis est de dis immortalibus habere non errantem et vagam, sed stabilem certamque sententiam, poetae hoc non esse Quinto quidem persuasum videtur. Quis enim est, qui in tanta opinionum diversissimarum repugnantia expedire audeat, quid ipse senserit poeta, quid undique congesserit, ne quid soliti ornatus in carmine suo desideraretur. Id potissimum agens nihil moratur Parcas vel textrices fingere, sive stamina nentes, vel venatrices, quae retia tendant mortalibus, infestas vero ubique generi humano, quoniam mors omnibus aliquando est obeunda.*) Malignae autem esse dicuntur et homines ad ipsorum pellicere perniciem, velut Penthesileam I, 390 sqq. *Αἴσα λυγρῆ*, quam ipsa victricem reddiderat in caede Graecorum ut cum Achille congregiatur incitat, illico ei mortem illatura. Sic Memmion II, 361 *Μοῖρα πολύστονος ἠπερόπειεν*, *Αἶα*, *ἔσθλός ἐὼν σινυερεῆ ὑπὸ δαίμονος Αἴση ἤλιεν* V.

*) Quae est apud Hesiodum opinio, tam bona quam mala a Parcis hominibus nascentibus tribui (Theog. 218 *Μοῖραι — αἷτε βροτοῖσι — γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε κακόν τε*) Quinto aliena esse videtur, qui hoc tantum munere eas fungi voluit, ut tristem reddant vitae humanae condicionem mortemque mortalibus inferant. Itaque *Μοῖραι* sive *Αἴσα* (*Αἴσαι* nusquam legitur) et *Κῆρες* permultis locis prorsus idem valere videntur. (cf. quae infra de hac re dicta sunt.)

Eandem malitiam, quam a deorum Homericorum natura minime abhorrere notum est, his locis Parcae propriam esse videmus, quasi et Jovis et reliquorum deorum partes suscipientis. Simili enim ratione Juppiter apud Hom. B. init. Agamemnonem fallaci somnio ad proelium instigat, unde inferior erat discessurus, Mars E, 563 Menelao alacritatem studiumque pugnandi iniicit, eo consilio, ut Aeneae manibus mortem occumberet, Minerva X, 226 sqq. Deiphobi formam mutuata Hectori in ultimo rerum discrimine se auxilio futuram simulat, ne cum Achille decertare dubitaret. Quae de deorum mente subdola ac fraudulenta opinio adeo animis erat inculcata, ut Telemachus, π, 194 quum Ulixes, quis esset detexisset, vereri se diceret, ne a deo quopiam deciperetur, ὁρῶ ἔτι μᾶλλον ὀδυρόμενος' στεναχίζοι. (cf. Naegelsbach. Hom. Theol. p. 32.) Nec posteriores aetate Graecos liberos fuisse eadem opinione de nefanda deorum malitia permultis evincitur scriptorum testimoniis, quorum satis magnum numerum collegit Naegelsbach (Nachhomer. Theolog. p. 54 sq.). Quintus vero, quum Parcae fraudem ac malevolentiam adtribuisset, eandem ceteris quoque dis vendicare indolem non dubitavit. Itaque imitatus locum Homericum (B. init.) Penthesileam I, 125 sqq. Minervae iusu somnio fallaci decipi iubet, ut pugnam bono animo iniret sibi ipsi suisque comitibus exitiabilem, III, 499 sqq. Agamemnonem facit querentem, quod pater deorum hominumque pro re sibi verba dedisset. —

Nec vero semper Αἴσης, sive Μοίρης nomine notatur fatalis necessitas. saepe in eius vicem succedit δαίμων (IV. 101 κακὸν μόρον ἔννε δαίμων V. 181 τί τοι νόον ἤπαγε δ. VI. 16 ἀλλήκτους ὀδύνας ἐνεθήκατο, 27 ἐκ γὰρ οἱ πινυιάς φρένας εἴλειο, X. 220 ὡς γὰρ νύ που ἤθελε δ. praeterea cf. XI, 89. 118. XII, 255; XIII, 284.). Inde etiam coniuncta legimus δαίμονος Αἴσα (III, 374. VI, 13. I, 104. VI, 416.) quod apud Homerum uno tantum loco reperi λ, 61,*) quamquam Διὸς αἴσα, μοῖρα θεῶν saepius occurrit (P, 321. γ. 269. ι, 52. λ, 202 θεῶν μοῖρα X, 413). Atque etiam vocabulo δαίμων hanc iam apud Homerum vim esse videmus, ut de divino numine vel propitio hominibus, vel adverso usurpetur,**) vel de fato (P. 98. 104

*) Similiter auctor orationis funebris vulgo Lysiae adscriptae 78 connectit: ὁ τὸ δαίμων ὁ τὴν ἡμετέραν μοῖραν εἰληχῶς ἀπαραιτήτος

**) Naegelsbach Hom. Theol. p. 72 de usu vocis δαίμων Homericum disserens haec profert: „In diesem Sinne fuer numen divinum, voluntas divina ohne Beimischung der Nebenbegriffe von guetig und boese finden wir das Wort in der Ilias sechsmal, in der Odyssee gegen eilfmal. Mit dem Nebenbegriff des guetigen, gnaedigen steht es in der Ilias zweimal (A, 720. O, 403) in der naemlichen Redensart: τίς δ' οἶδ' εἴ κέν οἱ σὺν δαίμονι (mit Hilfe der Gottheit) θυμὸν ὀρίνω παρεπιπών; in der Odyssee dagegen an keiner entscheidenden Stelle.“ At, quum Eumaeus φ, 200 precatur: Ζεῦ πάτερ αἶ γὰρ τοῦτο τελευτήσεας ξείλωρ, ὡς ἔλθοι μὲν κείνος ἀνὴρ, ἀγάγοι δὲ εἰ δαίμων κτε nonne de aliquo numine cogitare videtur et sibi et Ulixi propitio, quamquam proci Penelopae infesto? Altero vero loco γ, 27, ubi Minerva Telemachum, anxium animi, quod lingua parum promptus esset, his verbis consolatur: Τηλέμαχ' ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῆσι νοήσεις, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται dubium esse non potest, quin numen benignum, fortasse semetipsam in animo habuerit. Etiam σ,

δ' ἄποτ' ἀνήρ' ἐθέλη πρὸς δαίμονα φωνὴ μάχεσθαι, ὃν κε θεὸς τιμᾷ, τάχα οἱ μὲγά πῆμα κολίσσῃ) quin etiam ut mortem ipsam significet Θ, 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω. Ceterum commemorandum videtur, Quintum vocabula θεὸς et δαίμων ita seiungere, ut aliquot locis alterum alteri opponat, velut IX, 228 τῶν δὲ οἱ ἐσθλὸν ἢ θεὸς, ἢ δαίμων τις ὑπὸ κραδίην βάλε θάρσος, XIV, 627 πάνροι δὲ γήγον μόνον, οὔστ' ἐδάωσεν ἢ θεὸς ἢ δαίμων τις ἐπίροθος, Hesiodum fortasse secutus, δαίμονας deos esse ordinis inferioris fingentem (Opp. 122).

Etiam Κῆρες apud Quintum fato inserviunt, ita quidem, ut non modo quae Parcae iusserint exequantur, mortemque, cuicumque voluerint illae, inferant, sed, ut ipsae dearum partes suscepisse videantur. Quod ex iis iam colligas, quae poeta Priamum facit loquentem XIII, 234 ἀλλὰ τὸ μὲν πον Κῆρες ἐπεκλώσαντο*), Paridem vero X, 286 querentem: ἄγον δὲ με Κῆρες ἄφνικοι εἰς Ἑλένην, ubi non modo mortis instantis, sed etiam coniugii fatalis plus decem annis ante inīti culpam transfert in Κῆρας inevitabiles. Nec vero noster dubitavit ea, quae Hector uxorem consolaturus dicit apud Hom. Z, 287 sqq. οὐ γὰρ τίς μ' ὑπὲρ αἴσαν ἀνήρ' Ἀΐδι προιάφει μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφνημένον ἔμμεναι ἀνδρῶν, mutatis vocabulis necessitatem fatalem indicantibus Neoptolemo adscribere matrem sic alloquenti; οὐ γὰρ ὑπὲρ κῆρας τις ὑπ' Ἀρεῖ δάμναται ἀνήρ', εἰ δέ μοι αἴσιμόν ἐστι — τεθναίην κτε (VII, 289.) Quodsi quaerimus, qua specie indutae Κῆρες animo poetae obversatae fuisse videantur, locos, quibus agentes introducantur quamvis haud pauci sint, tamen ad hanc quaestionem parum lucis affere concedamus necesse est. Sane corporea iis est natura, species formidolosa, in quo poetam sive Homerum secutum esse crediderim, qui uno dumtaxat loco Σ, 535 sqq. Κηρὶ speciem vel humanam, vel humanae similem attribuit, sive Hesiodi descriptionem Scut. 249 sqq. imaginem satis perspicuam proponentis, animus vero omnibus, quotquot nati sunt, mortalibus infestus. Inde epitheta λυγρή, ὄλοη οὐλομένη, κακῆ ἐρεμνῆ, μέλαινα, στυγερῆ, αἰδήλος, ἀηλῆς, ἄφνικος et saepissime ἀμείλιχος, quod a Plutone Homerico (I, 158 Ἀΐδης ἀμείλιχος) ad ministras eius translatus esse videtur. Atque quoniam praeter deos ipsos omnibus aliquando visenda est domus Plutonia, Juppiter in concilio deorum ceteros deos deasque hortatus, ne quis precibus se adire conetur vel unum vel alterum pugnantium mortī

146, ubi Ulixes Amphinomum, quem propter amicitiam quae ipsi cum patre eius intercesserat, ex instante procorum caede servari vult, sic alloquitur: ἀλλὰ σε δαίμων οἰκταδὲ ὑπέξαγάγοι, μηδ' ἀντιώσειας ἐκείνω recte mihi videor interpretari: Utinam numen tibi propitium domum te reducat. — Ceterum vocabulum δαίμων apud Homerum (in Odyssea potissimum) in malam partem usurpari ex his locis satis intelligitur: O, 418. 468. γ. 275, ε, 396. 421, ἦ 248. κ, 64. λ, 61. 587. μ, 169, 295. π. 64. 194. 370. ρ, 446. σ, 256. τ, 201. 511. υ, 87. —

*) Verbum ἐπεκλώθειν apud Homerum non de Parca, sed in universum de dis usurpatum in Hiade semel reperitur Ω, 525 ὡς γὰρ ἐπέκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσι; saepius in Odyssea α, 17. γ, 208. 207 (ἔειπα δ' ἀρίγνωτος γόνος, ἀνέρος ὡς Κρονίων ὄλβον ἐπικλώσῃ) θ 579. λ, 139. π, 64 (ὡς γὰρ οἱ ἐπέκλωσε τὰ γε δαίμων) υ, 196. —

erepturus, memorque filiorum, a quibus mortem arcere cupiens ipse non poterit (cf. I, 710 sqq. III, 635) tamquam imbecillitatis conscientia depressus et quasi commiserans exclamat: *Κῆρες γὰρ ἀμείλιχοί εἰσι καὶ ἡμῖν* (II, 164). At vide, quam sibi parum consentaneus sit in his rebus poeta. Eodem enim libro II, 508 sqq. quum res in eo est, ut manibus decertetur inter Achillem et Memnonem, dique vel uni, vel alteri faventes iam ipsi manus conserere parant eiusdem Jovis iussu (*ὅπ' ἐνεσίγησι Διὸς μελαλοβρεμέτιο*) ne deorum certamen ineatur, *δοιαὶ Κῆρες* adstant pugnantibus, quarum altera atra ad eor Memnonis se applicat, altera candida Achilli comitem se adiungit. Hic, quas paullo ante sibi ipsi immites esse dixerat, ultro mittit mortalibus, tamquam rex et dominus, cui soli potestas vitae necisque obtigerit. Attamen ex Quinti ingenio res nequaquam difficilis est ad expediendum. Certamen enim singulare inter Achillem et Memnonem initum narraturus facere non potuit poeta, quin quae Homerus de certamine inter Achillem et Hectorem commisso memoriae prodiderat in mentem revocaret et suo more imitaretur. Atque ut apud Homerum X, 209 sqq. Juppiter librae aureae lancibus duo injicit pondera (*δύο κῆρε τανηλεγέος θανάτιο*) quorum alterum Hectoris ad terram deprimitur, sic Quintus, id quod nullo alio loco carminis fecit, *δοιαὶ Κῆρας* finxit, atram et albam tamquam calculos in iudiciis vel in suffragiis ferendis adhibitos. Neque etiam *Κῆρες* aliis locis, ubi ubi in scenam prodeunt, Jovis iussu, sed sua sponte obversantur mortalibus. Incitant vero ad pugnas I, 171. VIII. 172. II, 482; animos addunt iis, quos perdere volunt III, 14, circumvolant et comitantur mox morituros III, 44. VI. 426,*) mortuos in Orcum rapiunt VIII, 139, exultant gaudio de occaecata mente eorum, qui alios perdituri ipsi in perniciem ruunt VIII, 11, vel ipsae mentes hominum occaecant XII, 523, laetantur caedibus VIII, 324. IX, 145. XI, 151. XIII, 126. 177, una cum Furiis de adulterio Helenae iratis urbem captam intrare videntur Cassandrae vaticinanti XII, 548 sqq. quin etiam cum telo ipso in vulnera involant morientium XI, 105. — Paucis tantum locis vocabulum *κῆρ* apud Quintum nominis appellativi locum tenet, ut I, 307 *φόνον καὶ κῆρ' ἐτίθεντο*; VI, 405 *φόνον καὶ κῆρ' ἀπέλαλξαν* 498 *πολλοὶ ἐνεκλήσαντο μελαίνας κῆρας*. —

Iam totam habes Quinti de fato eiusque ministris doctrinam (ne dicam farra- ginem). Quam nullo pacto stabilem esse, fluctuantem potius sibi que non uno loco repugnantem, iam iis, quae hucusque disputavimus, satis comprobatum esse arbitror. Antequam vero investigemus, quaenam huius doctrinae semina iam apud Homerum reperiuntur, paucis exponendum videtur, quas Jovis partes esse noster voluerit, quod- que de rebus humanis arbitrium. —

*) Machaon mortifero vulnere ab Eurypylo percussus huic mortem et ipsi in- stantem vaticinatur: *Εὐρύπυλ' οὐδ' ἄρα σοι πουλὴν χρόνον ἀσπίδ' ἔστι ζῶειν ἀλλὰ σοι ἄγχι παρίσταται οὐλομένη κῆρ*. Hi quoque versus Homerum redolent cf. II, 852, ubi Patroclus moribundus Hectorem sic alloquitur: *οὐ θῆν οὐδ' ἀντὸς δηρόν βῆν, ἀλλὰ τοι ἤδη ἄγχι παρίστηκε θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή*.

Ac primum quidem consentaneum est, poetam, qui multis locis Parcae hanc potentiam tribuerit, ut omnes omnium rerum eventus ex eius voluntate pendere dicat, Jovi tantum auctoritatis vindicare non potuisse, quantum in carminibus Homericis ei esse manifestum est, Nihilominus, quum omnino discedere a popularibus de Jove opinioibus nec poetae esset carmen ad Homeri exemplar condentis, vel ab Homero mutuantis, quae suo carmini convenire viderentur, nec per ipsius carminis naturam liceret res in Iliade narratas porro tractantis et ad finem perducentis, Quintus praeter Parcam Jovem quoque Homericum primarum partium actorem induxit, tam in mortalium, quam in immortalium rebus dominantem. Cuius adumbrata certe lineamenta multis locis reperies, etiamsi imaginem luculenter expressam desideres: II, 663 summa omnium rerum Jovi tribuitur,

ἔξ ὧ πάντα πέλονται, ὅσ' ὠκεανοῦ ῥέεθρα
ἔπος ἔχει καὶ γαῖα καὶ αἰθομένων ἔδος ἄστρον

cf. XIV, 100 Διὸς δ' ἐκ πάντα πέλονται quod prorsus repugnare iis, quae aliis locis de Parca dicuntur, iam supra demonstratum est. — I, 675 sqq. Mars nuntio de morte Penthesileae per Auras Boreae filias allato ad ulciscendam filiam ex Olympo in terram se proripit de Achille eiusque Myrmidonibus supplicium sumturus. Sed a Jove fulminante et tonante ab incepto deterritus, invito quidem et reluctanti animo consistit, ἐπεὶ μακάρων μεδέοντι πάντες ὁμῶς εἴκουσιν Ὀλύμπιοι, οὐνεκ' ἄρ' αὐτῶν πολλὸν ὑπέροτατος ἐστί; mens quidem acer eum incitat, ut spreto Jovis imperio manus inferat Achilli, sed haud immemor, tot Jovis ipsius filios mortem occubuisse, quos ab interitu retrahere ille non potuerit recedit ἧ γὰρ ἔμελλεν κεῖσθαι ὁμῶς Τιτῆσι δαμῆεις στονόεντι κεραννῶ — εἰ Διὸς ἀθανάτοιο παρέκ νόον ἄλλα μενοίνα. — Sic Nestor VIII, 458 Graecis proeliantibus suadet, ut Jovis prodigiis obsequentes e pugna recedant, ἐπεὶ μάλα φέρτατός ἐστιν Ἰφιδίμων τε θεῶν, ὀλιγοσθενέων τ' ἀνδρώπων. Itaque homines in rerum aliquo discrimine Jovem precibus adeunt, ut Antenor IX, 9 sqq. Ille vero ex caelo audit καὶ τὸ μὲν αἰψ' εἰέλεσσε, τὸ δ' οὐκ ἤμελλε τελέσσειν, ita quidem, ut sui iuris esse nec tamquam merus fortunae dispensator ex Parcae arbitrio pendere videatur. Solitae vero apud Homerum precandi formulae aut desunt, aut paululum variatae leguntur. (cf. Hom. I, 274: Ζεῦ πάτερ Ἰδηθεν μεδέων κῦδιστε, μέγιστε. Quint IX, 9: Ζεῦ Ἰδης μεδέων ἧδ' οὐρανοῦ ἀγλήεντος) quamquam patris nomine Juppiter etiam apud nostrum appellari solet I, 186. VIII, 431. IX, 16. Neque solemnis illa invocatio Jovis, Minervae, Apollinis, quae apud Homerum magna optantibus, vel ea, quae fieri iam nequeant in deliciis est: αἶ γὰρ Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἀπολλων*) B, 371. A, 288. H, 132. II, 97. δ, 341. η, 311, σ, 235. ω, 376 apud Quintum reperitur. —

*) Vide ne nimis acute de hac formula Naegelsbach disserat. Hom. Theol. p. 110: „In dieser Formel, in welcher das griechische Gottesbewusstsein vielleicht seine tiefste theologische Anschauung niedergelegt hat, in dieser auch den Attikern bekannten Formel stellt der Grieche die fuer ihn hoechsten und unter sich innigst verbundenen Gottheiten in eine das Heiligste vereinende Gemeinschaft zusammen

Etiam Priamus I, 186 sqq. supplices ad Jovem manus tendens, ὄς Ἰλιον αἰὲν ἑοῖς ἐπιδέρεται ὄσσοις, ut Penthesileam victricem, salvamque domum reducat precatur. Cui ille petenti sinistris avibus auxilium denegat. Imminens vero Troiae excidium a Ganymede exoratus (VIII, 431) ne urbem patriam se spectante deleri sinat, differt et Graecos iam urbem invasuros tempestate cum magno fragore tonitribusque coorta propulsat. Omnino hanc potissimum Juppiter apud Quintum sortitus est provinciam, ut caelum per vicissitudines tempestatum temperet, nubes imbresque vel cogat, vel dissipet eamque rerum caelestium curam gerat, ut simul et dis et hominibus prospicere videatur (III, 634 Θεῶν μεδέων καὶ ἀνδρῶν) VIII, 106 sq. ἐκ δ' ἄρα λευγαλειῶν ἀνέμων καὶ χείματος αἰνοῦ Ζεὺς ἐπάγει μερόπεια δι' ἠέρος εὐθιον, ἡμαρ. XI, 259 ὄλοός δὲ κατεπρήνεν ἀέλλας cf. ibid 378. 401 VIII, 72. Inde etiam usitatissima sunt epitheta Jovis Homericæ ἐρίθδουπος, σιεροπηγερέτης, ἐριβρεμέτης (cf. N. 624 ἄπαξ in Iliade εἰρημένον) praeterea, quod nostro in deliciis est epitheton ἀκάματος (I, 154 Διὸς μένος ἀκαμάτιο) apud Homerum non usurpatum nisi de igne (ἀκάματον πῦρ E, 4. v, 123) fortasse ad Jovem fulgurum ignes iacientem referendum est ideoque et Minervae additum (XII, 152 ἀκάματος Τρωανίς) Jovi proximos honores occupanti, quae et ipsa fulgurum tela coniicit in homines impios, ut XIV, 427 in Aiace Cassandreae stupratorem; nisi de vigilantia eius dictum esse mavis (X, 47 ἐπὶ δ' ἀκαμάτου Διὸς ὅσσε δέρεται ἄπ' Οὐλύμποιο) vel ut ἀτειρής, quod saepe de dis usurpatur, de vigore deorum indefesso (II, 131.). Ceterum de vi et usu adiectivorum ἀκάματος et ἀτειρής cf. quae Koechly ad V, 182 et 333 adnotavit. —

Iam paucis recolere placet nostri Θεολογούμενα breviterque perlustrare, quae sit summa eorum, quae de divini numinis vi et natura sentire videatur. Parcam finxit inevitabilem, cuius sit summa omnium rerum potestas. Quidnam huic muneris obtigit? Sane ut perire iubeat, quodcunque mortale est, ut hominibus mortem consciscat, interitum paret urbibus, quorum cuiusvis genius additus esse videtur, „natale comes qui temperat astra — moriturus in unum“ (XI, 269 sqq.) idque eius negotium, ut morte afficiat mortalia, adeo principem locum obtinet, ut quae praeterea ei tribuantur, levia existimanda sint et quasi secundaria. Quid vero praeterea agit? Obscura promit, attenuat insignia. Nec vero ratione regitur et consilio, sed casu et temeritate, nam caeca est, vel bene oculata non videt. Itaque fit, ut optimi homines saepe in mala incidant, improbi fortuna secunda utantur. Subdolo quoque animo esse dicitur, quippe quae gaudeat caedibus et ipsa hominibus spe vana deceptis properet exitum. Cui Parcae quasi assidet bonus Juppiter et ipse curam gerens deorum hominumque, more solito tonans atque fulminans, modo is, qui solus dominari videtur, modo Parcae arbitrio obnoxius. — Nihil omnino habes, quod proprium dici

u. s. w.“ Equidem reconditam quandam et abstrusam deorum notionem animis quasi anteceptam ab indole Homericæ aetatis prorsus abhorrere dixerim. Quae si propria eius fuisset, qui fieri potuit, ut deos fingeret, a quibus, ut ita dicam nihil humani alienum est?

possit vet poetae, vel certae cuiusdam aetatis, nisi hoc proprium esse censes, quod opiniones diversissimae commixtae et in unum conflatae sunt, quas singulas apud singulos poetas sexcenties reperias. Nusquam vero desunt fundamenta HomERICA, in quibus noster, ut architectus parum consideratus inaedificat operis specie non ante deformata, ut quum quaedam aedificii membra bene ornata videantur vel ampliore ornatu cumulata, singularum tamen partium convenientia ubique desideretur. Quod passim iam adumbratum in iis, quae hucusque attulimus iam pluribus erit explanandum, Primam vero quum Quintus Parcam vel *Αἴσης*, vel *Μοίρης* nomine notare soleat, qui sit horum vocabulorum apud Homerum usus exponamus necesse est. Utriusque prope eandem vim esse videmus, sive proprio sensu partem significant (*λαχῶν ἀπὸ λήϊδος αἴσαν ε*, 40 — *χώρης ὀλίγην ἔτι μοῖραν ἔχοντες Π*, 68) sive de humana sorte usurpantur.*) *Ζ'* 287 sq. οὐ γὰρ τίς μ' ὑπὲρ αἴσαν ἀνήρ Ἀΐδι προιάψει — *μοῖραν δ' οὐτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν ε*, 113 sq. οὐ γὰρ οἱ τῆδ' αἴσα φίλων ἀπονόσφιν ὀλέσθαι — ἀλλ' ἔτι οἱ μοῖρ' ἐστὶ φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἑταίρους. Neque igitur Quintus a consuetudine sua discessit, quum et ipse utraque voce promiscue utitur, eandem sive rem, sive personam modo uno modo altero nomine significans. Iam vero, si quaeritur, quid *αἴσα* sive *μοῖρα* HomERICA et ea, quam Quintus res mortalium regentem, vitaeque fila nentem finxit, inter se commune habeant, initia quidem huius opinionis iam apud Homerum reperiri non possumus non concedere. Etenim *Υ*, 126 Juno deos Graecorum rebus faventes ut Achilli opem ferant hortatur, *μή τι πάθῃσι — σήμερον, ὕστερον δ' αὖτε τὰ πείσεται, ἄσσα οἱ Αἴσα γεινομένων ἐπένησε λίνω, ὅτε μιν τέκε μήτηρ*. Similiter Hecuba *Ω*, 209 mortem filii deplorans: *τῷ δ' ὡς ποθι Μοῖρα κραταιή — γεινομένων ἐπένησε λίνω, ὅτε μιν τέκον αὐτή* — et Alcinoüs *ε*, 196 Phaeacum reges, ut Ulixem salvum in patriam comitentur cohortatur: *ἐνθα δ' ἔπειτα πείσεται, ἄσσα οἱ Αἴσα κατὰ Κλωθέες τε βαρεῖται — γεινομένων νήσαντο λίνω, ὅτε μιν τέκε μήτηρ*. Apparet his locis, licet originis serioris suspicionem moveant et iam veteribus criticis improbatum fuerint, *Αἴσαν* deae personam suscepisse humana specie indutae, quae nascenti homini sortem assignet futuram.**). Nec vero nostri poetae quidquam intererat, utrum haec opinio consentanea esset iis, quae de libero hominum arbitrio dicta reperiantur, sua ipsorum nequitia in mala incurrentium (cf.

*) De utriusque vocis significato satis copiose disputat Naegelsbach *Hom. Theol.* (zweite Auflage, bearbeitet von Georg Autenrieth 1861) p. 122 sqq. omnium quicunque huc pertinent locorum tam diligenter ratione habita, ut toti huic quaestioni abunde satisfactum esse videatur. Cuius disputationis haec summa est: „Zwischen *αἴσα* und *μοῖρα* selbst aber ergiebt sich in sprachlicher Hinsicht der Unterschied, dass *αἴσα* nicht fuer sich allein den Tod und das Glueck, *μοῖρα* nie fuer sich allein die Lebensdauer bezeichnet“ u. s. w. Plura de hac materia afferre omitto, cum quod alios in his quaestionibus iam satis versatos esse video, tum quod ea tantum perquirere propositum est, quae ex Homericis caeminibus in Quinti PosthomERICA transmigraverint. —

**) Sunt quidem, qui *αἴσαν* his locis nihil nisi opertam quandam et symbolicam appellationem esse censeant (Goettling *Abhdlg.* I, p. 214.)

α, 8. 34.) an deorum immortalium naturae, quorum nutu et potestate omnia administrari non uno loco dicantur; satis erat parvula quaedam Parcae lineamenta apud Homerum adumbrata reperisse, ut imago inde nasceretur satis ampla foedisque coloribus onerata. Quae enim inest in locis illis Homericis, quas modo attuli, sententia, hanc auctam et exaggeratam inani verborum strepitu Quintus insigni illo loco XI, 269 in medium profert, de quo supra iam egimus, Atque quod Quintus hoc potissimum Parcae suae tribuit, ut ad mortem rapiat, quodcumque mortale est nonne etiam in hac re Homeri vestigia premere videtur, apud quem voces *θάνατος καὶ μοῖρα* adeo coaluerint, ut unam eandemque notionem mortis fatalis, maxime per vim illatae in iis inesse manifestum sit? Etenim in Iliade voces *θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή* in exitu hexametri positae iam in solemnem formulam abisse demonstrant: E, 83, Π, 334, 850. Φ, 110. Ω, 132 (praeterea cf. Γ, 101. Μ, 116. Ν, 602. Ρ, 478) ut in Odyssea *εἰς ὅτε κέν μιν δαπύετε κεν δῆ*) — *μοῖρ' ὀλοῆ κατέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο* β, 100. γ, 238. τ, 145. ω, 135, ita ut altera formula Iliadis, altera Odysseae propria esse videatur. Nusquam enim in Iliade *μοῖρα τανηλεγέος θανάτοιο* legitur, at duobus locis Θ, 70. Χ, 210 *δύο κῆρε τανηλ. θαν.* cf. λ, 398 *τίς νύ σε κῆρ ἐδάμασσε τανηλ. θαν.* — nec in Odyssea *θάνατος καὶ μοῖρα κραταιή*. — Neque igitur Quintus ab Homericis et cogitandi et dicendi ratione discessit, nisi quod *Ἄλσαν*, sive *Μοῖραν* ubique deam esse voluit, non eam quidam, cuius formam ac speciem oculis subjiciat, tamen, id quod ex actionibus eius satis elucet, natura corporea praeditam. Qua in prosopopoeia, non aliena quidem Homero, sed modice adhibita adeo noster omnino indulget animo, ut praeter Parcam *Κῆρας* quoque, *Θάνατον*, *Ὀλεθρον*, *Υσμίνας*, *Ἀρειήν*, *Μανίαν* tamquam personas in scenam prodire iubeat. In describendo vero Parcae sive Parcarum**) ministerio poetam eos potissimum locos Homericos secutum esse, qui senioris aetatis opinionibus maxime convenirent, non est, quod miremur. Satis est demonstrasse, eum etiam in hac re Homero usum esse duce et magistro. —

Quid vero, quod Parcam nec deorum rationem habere (*οὐδὲ θεῶν ἀλέγουσα* III, 652.) nec Jovem ipsum revereri dicit (*ἄξετο δ' οὔτε Ζῆνα πελώριον, οὔτε τιν' ἄλλων ἀθανάτων* XI, 270) num quid est in carminibus Homericis, unde haec profecta videatur opinio? Est sane, praesertim quum memineris *Ἄλσαν* et *μοῖραν* ad mortem plerumque referri, quam effugere neminem posse adeo Homericis aetate omnibus erat persuasum, ut ne deorum quidem opera ceterum praepotentium haec fatalis necessitas averti posse putaretur. Sic Minerva γ, 236 sqq. facile quidem hominem a deo ex miseriis eripi posse ait,

*ἀλλ' ἦτοι θάνατον μὲν ὁμοῖον οὐδὲ θεοὶ περ
καὶ φίλω ἀνδρὶ δύνανται ἀλαλκόμεν δαπύετε κέν δῆ
μοῖρ' ὀλοῆ κατέλῃσι τανηλεγέος θανάτοιο.*

*) cf. Heyne ad Z, 487.

**) Numerus pluralis *Μοῖραι* uno dumtaxat loco legitur apud Homerum Ω, 49 *ἑλλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν*. cf. ε, 196 *Κλωθεὺς βαρυσταίαι*. —

(cf. ω, 29 μοῖρ' ολόη, τήν οὔτις ἀλεύεται, ὅς κε γένηται.) Juppiter quidem Π, 433 sqq. quum Sarpedoni finitus esset moriendi dies multum deliberat, utrum filium dilectissimum morti eripiat, an a Patroclo necari patiatur. Neque tamen Junoui, ne virum communi mortalitatis sorti obnoxium (πάλαι πεπρωμένον αἴση) servare conetur hortanti deesse sustinet. Itaque, ut fere fit, quum non servasset filium, ne potuisse quidem servare creditum est.*) Mihi quidem dubium non est, quin Quintus Parcam nec Jovem, nec ceteros deos vereri dictitans de morte cogitaverit, quae ne dis quidem volentibus vitari possit, locisque nitatur Homericis modo allatis, quibus mortis aver-tendae potestas dis aut omnino adempta, aut ita concessa est, ut ea uti noluisse dicantur. Similis autem ratio est, ubi αἴσα, sive μοῖρα ad excidium Troiae refertur. Nam huic quoque urbi, tamquam animatae fatale erat quasi mortem certo die occumbere (cf. XI, 269 sqq. et Lobeck Aglaopham. I, 596.) Atque ut apud Homerum summum omnium rerum arbitrium Jovi nusquam derogatum est, sic verecunde nostet atque dubitanter vim Parcae ei opponit v. XIV, 47 οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ὑπὲρ μόρον οὐδὲ Κρονίων — ξηϊδίως δύνατ' Αἴσαν ἀπωσέμεν, quamquam opinio de fato immutabili et dis ipsis superiore adeo iam multo ante pervulgata erat, ut apud Herodotum I, 91 Pythia Lydis Croesi iussu oraculum adeuntibus respondere non dubitaret: τὴν πεπρωμένην μοῖραν ἀδυνατὰ ἔστιν ἀποφυγέειν καὶ θεῶν. —

At in hac re fortasse Quintum ab Homero discedere existimandum est, quod sortes hominum reconditas esse finxit et dis ipsis ignotas (VII, 73) quum apud Homerum di quid singulis hominibus eventurum sit minime ignorent (ε, 206. 288. 345.) Verum ne in hac quidem sibi constat sententia, quum et Apollinem, quodnam vitae spatium Parcae Aeneae et Eurymacho dederint, non nescire et Jovem fatale urbis Troiae excidium iamdudum nosse perhibeat (IV, 56 sqq. XI, 140.)

Iam, quum reputaveris vocem Homericam Αἴδος αἴσα I, 608, ι, 52 (cf. μοῖρα θεῶν γ, 269. γ, 413. θεοῦ λ, 202) etiam apud nostrum reperiri (saepius quidem δαίμονος αἴσα III, 374, I, 104. VI, 13. 416. X, 395, quod apud Homerum non legitur nisi λ, 61, ἄσε με δαίμονος αἴσα κακῆ καὶ ἀθέσφατος οἴνος) praeterea Jovi, id quod supra iam demonstratum est, si non eandem, tamen similem potentiam in regendis et administrandis hominum rebus tribui atque apud Homerum, concedendum est, ex tota de fato doctrina pauca tantum superesse, quae Quinti propria iudicari possint. Etenim, ut redeamus ad illum locum VII, 68 sqq. quo poeta Parcam finxit luminibus captam temere sortes spargere de caelo hominibus, quorum oculis perpetua quasi caligo offusa sit (ἀλαός**) δὲ πέλει βίος ἀνθρώποισιν ut quo ferantur videre ipsi non possint, facile adducor, ut nihil in verbis inesse existimem, nisi allegoriam poeticam hoc scilicet consilio confictam, ut cur bonis hominibus saepe male eveniat, improbis

*) cf. Eusthat. ad A, 43 ὅτι τοὺς ποιητικοὺς δαίμονας καὶ θεοὺς τὰ μὲν ἄλλα σεμνύνει ἢ ποιήσις αἰὲν ἔόντας ἀποκαλοῦσα καὶ ἀειγενέτας καὶ ἀφθίτους καὶ ἀθανάτους καὶ πάντα δυναμένους δίχα τοῦ τὴν εἰμαρμένην ἀναλύνειν. —

**) Sic Koechly ex praeclara conjectura Lobeckii ad Phrynich. p. 632 pro ἄλλος. —

optime oculis subiiciatur. Casu enim et fortuito evenire, quaecunque eveniant, per imaginem explanatum est, ornate quidem et copiose descriptam, diversissimam vero ab iis, quae aliis locis de Parca tradita reperiuntur (cf. XIII, 473 sqq.) Neque temere factum videtur, quod Nestori haec figurata oratio adscripta est, cuius ex lingua melle dulcior fluebat oratio, eadem dicendi facultate et copia etiam apud Homerum peroranti. Quem, ut senem varios vitae casus expertum, hanc de misera mortalium condicione sententiam ferre vel maxime decebat. Commode vero nostro accidit, quod locus Homericus non deerat, quem aliqua certe ex parte imitari posset. Nam ut Ω, 557 sqq. duo dolia in Jovis limine posita esse dicuntur, bonis et malis repleta, quae pater deorum hominumque ita distribuat ut mortalibus vel bona cum malis commixta, vel mala sola obtingant, sic sortes apud Quintum coacervatae iacent ante genua deorum repositae, neque tamen Juppiter eas dividit sed Parca caeca caecis hominibus i. e. ut imagine operata aperte dicamus, nesciis rerum futurarum hominibus casu omnia eveniunt. Similiter vero Quintum XIII, 473 pro Jove Hesiodi Parcā substituisse iam supra demonstratum est.

Quoniam vero apud Quintum *Κήρας* haud raro Parcarum personas suscepisse expositum est, paucis quaerere placet, utrum poeta etiam in hac re Homero duce usus fuerit, necne. Apud quem primum quidem *κῆρ* nihil significare videtur, nisi mortem, maxime per vim illatam, sed eam quoque, quae vel morbo diuturno vel lenibus Dianae telis iniungatur cf. λ, 171 *τίς νύ σε κῆρ ἐδάμασσε τανηλεγείος θανάτοιο, ἢ δουλιχῆ νοῦσος, ἢ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα*; Itaque *κῆρ μέλαινα* (cf. Hesiod. Sent. 249 *κῆρες κνάνειαι*) idem significat; quod *πορφύρεος θάνατος* (E, 83) et quod Eurynome dicit e, 500 *Ἀντίνοος δὲ μάλιστα μελαίνῃ κηρὶ ἔοικεν* nihil aliud est, nisi *ἐχθρός* (*ἔστιν*) *ὁμῶς Ἄϊδαο πύλῃσιν* (I, 312). Atque quoniam varia sunt atque innumera mortis genera M, 326 *κῆρες μυρίαί* hominibus instare dicuntur, quas effugere nullo pacto possit. — Nam etsi dis concessum est ut *κῆρας* interdum arceant hominesque in mortis pericula adductos servent (A, 10. Φ, 548. δ, 512) tamen omnibus aliquando quum Juppiter ceterique di jusserint dies suprema obeunda est (Σ, 115 *κῆρα δ' ἐγώ τότε δέξομαι, ὅπποτε κέν δῆ Ζεὺς ἐθέλῃ τελεῖσαι καὶ ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι*. cf. X, 365.) Jis autem, quibus morte violenta pereundum erat, iam nascentibus *κῆρ* addita esse putabatur (Ψ, 78 *ἀλλ' ἐμὲ μὲν κῆρ — ἀμφέχανε σινυερῆ ἤπερ λάχε γεινόμενόν περ*.) Quin etiam duplices *κῆρας* singulis hominibus datas esse videmus, ut utram eligere vellent, ipsorum arbitrio permissum esset; velut Achilli optio facta est, ut eligeret utrum parta immortalis rerum gestarum gloria praematura morte perire, an senescere vitam agens gloria carentem, (I, 411 sqq.) Euchenori utrum gravi morbo, an proelio mortem occumbere mallet. (N, 667.) — Intelligitur de sorte dici, quam omnium hominum di communem esse voluerint, haec enim omnibus instat fatalis necessitas, quam *μοῖραν* poeta vocat, ut *κῆρ θανάτοιο* aliquando eos consequatur.*) Minime vero ab hac vocabuli significatione abhorret, quod Juppiter X, 209 sqq.

*) cf. Nitzsch ad Od. γ, 236—38. Naegelsbach. Hom. Theol. p. 146 sqq. Goettling ad Hesiod. Sent. 249.

sortes (δύο κῆρες ταηλεγέος θανάτοιο) tamquam pondera in librae aureae lances imponere dicitur, utri pugnantium moriendum sit examinaturus. — Jam vero eos locos et Homericos et Hesiodios in medium proferre liceat, quibus potissimum Quintus niti videtur, quum κῆρας in scenam prodire iubet et certa corporis speciē indutas et Parcarum munere fungentes. Est autem Κῆρ apud Homerum uno tantum loco Σ, 536 sqq. corporeā naturā, pallio cruento amicta; hominem recens vulneratum manu tenet, alterum integrum, tertium iam defunctum pedibus trahit per turbam pugnantium. Quos versus etiam apud Hesiodum legi notum est Scut. 156 sqq. ubi tres pugnae sortes, letum, vulnus, captivitatem**) his verbis indicari Goettling adnotavit. Copiosius vero et ampliore verborum ornatu Κῆρες descriptae reperiuntur Scut. 249 sqq. Κῆρες κνάσαι, λευκοὺς ἀραβεῦσαι ὀδόντας, δεινωποὶ βλοσυροὶ τε, σαφοῖνοί τ' ἀπλητοὶ τε κτέ. Rixari dicuntur de morientibus, atrum sanguinem bibere gestientes et cadentium corpora unguibus comprehendentes, quae, ubi animae ad inferos decesserunt, sanguine humano repletæ retro iaciunt. Quae satis perspicua imago Quinti animo obversata esse videtur Κῆρας ubique tamquam personas inducentis. Necessitatem vero quandam intercedere iam apud Hesiodum inter Κῆρας et Μοίρας ut ex hoc loco apparet, quo Parcae Κῆρας comitantur, sic ex Theog. 217, ubi utraeque ex Nocte progenitae esse dicuntur. Praeterea duos huc refero locos Homericos, quos Quintum, quoniam ad ipsius sententiam propius accederent, imitatum esse verisimile est. Etenim quod Θ, 527 Hector Graecos κύνες κηρσσιφορήτους vocat, quippe quas deae fato inservientes adduxerint (οὗς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν) facile intelligitur non de morte praesente dici, quam κῆρες inferant, sed de fato cuius quasi ministrae et famulae appareant. Eadem vero alterius loci est ratio, Α, 329, ubi de Meropis filiis, qui patre invito Troiam venerant dicitur κῆρες γὰρ ἄγον μέλανος θανάτοιο. c. Quint X, 286 ἄγον δέ με Κῆρες ἄφνικοι εἰς Ἑλένην (v. quae supra de hac re disputata sunt).

Iam quum manifestum sit, Quintum in certa de numine divino eiusque natura et indole sententia omnino non consistere, sed in diversas partes trahi, modo Parcae earumque ministris, modo Jovi summam omnium rerum tribuentem, haud scio, an quaeri oporteat, utrum fluctuantis in his rebus iudicii vestigia etiam apud Homerum reperiantur, necne. Qua quidem in quaestione, quum tot tantosque viros occupatos fuisse videam (cf. Naegelsbach. Hom. Theol. p. 121 sqq. et quas ille laudavit de fato et de Jove Homeri commentationes) vix novi quidquam me allaturum censeo, neque tamen praetermittenda esse arbitror ea, quae huc pertinere videantur. —

Quod apud Quintum XIII, 599 legitur, Jovem urbem Troiam ab interitu non servasse, οὕνεκα Μοίραις εἵκει καὶ μεγάλιο Διὸς μένος, nusquam quidem in carminibus Homericis Jupiter sive fato, sive Parcae cedere tam aperte dicitur, tamen re

*) Pro ἄουτον, quod utroque loco legitur Goettling ad l. l. propter derivationis anomaliam coniecit ἀλωτόν vel ἀλόνητα, quod se scripturum fuisse ait, „nisi locus Homeri omnibus sustentaretur codicibus.“

ipsa cessisse, quum Junonis hortatu Sarpedonem filium a Patroclo necari pateretur Π, 433 sqq. notum est. Simili ratione Juppiter X, 174, quamvis misericordia motus deos deliberare jusserit, utrum servari Hectorem, an ab Achille domari velint, tamen non repugnat Minervae hortanti, ne mortem differat hominis, cui ex fato suprema dies iam esset obeunda. Utroque loco apparet, Jovem, si voluisset, ea, quae fato constituta erant, mutare potuisse. At hoc ipsum, quod facere noluit, quod constanti rerum ordini esset contrarium, testimonio esse potest, necessitatis cuiusdam fatalis opinionem valuisse, quae non modo non penderet ex Jovis arbitrio, sed quodammodo Jove ipso esset superior. Cui necessitati Juno quoque, quam Jovis auctoritati saepissime adversari notum est, haud invita obsequitur (cf. Y, 127 ὄστιρον αὐτε τὰ πείσεται, ἄσσα οἱ Αἴσα γεινομένων ἐπένησε λίνῳ). — Minime vero hanc de fato sententiam stabilitam esse, sed eam, quae ipsis poetae verbis saepissime refutetur, concedendum est omnibus, quicumque integro de his rebus utuntur iudicio, nec praeiudicatam opinionem sequi malunt, quam quae res ipsae loquantur perpendere. — Tantum enim apud Homerum Jovis valet auctoritas, ut non modo ceteros deos deasque maiestate ac potentia multo antecedit, sed etiam in hominum rebus plerumque solus dominari videatur. Quaecumque enim eveniunt, ita ad Jovem auctorem referuntur, ut huius unius nutu ac potestate omnia administrari appareat. Is efficit, ut nascantur homines (ν, 201 οὐκ ἐλευίρεις ἄνδρας ἐπὴν δὴ γείνεται αὐτὸς cf. π, 117) eosque vel corporis vel animi dotibus decorat (N, 730 ἄλλῳ μὲν γὰρ ἔδωκε θεὸς πολεμῆια ἔργα — ἄλλῳ δ' ἐν στήθεσσι τίθει νόον ἐνρρόπα Ζεὺς — ἐσθλόν). fortunam vel secundam, vel adversam tribuit (δ, 237 ἀτὰρ θεὸς ἄλλοτε ἄλλῳ — Ζεὺς ἀγαθὸν τε κακὸν τε δίδοι — δύναται γὰρ ἅπαντα cf. δ, 207. Ω, 525 sqq.) neque ignorat, quae bona vel mala hominibus et evenerint et eventura sint (ο, 75 ὁ γὰρ τ' εὖ οἶδεν ἅπαντα — μοῖράν τ' ἀμμορῆν τε καταθνητῶν ἀν θρώπων.) Tantum vero ceteros deos antecellit corporis viribus, ut ne manibus quidem un^a cum omnibus decertare vereatur (Θ. init. et 450 cf. A, 566. 580. 589. A, 78 sqq.) neque igitur eorum quisquam Jovis edicta vel migrare vel irrita reddere potest (ε, 103 ἀλλὰ μάλ' οὐπως ἐστὶ Διὸς νόον ἀγιόχοιο οὐτε παρεξελθεῖν ἄλλον θεὸν οὐθ' ἀλιῶσαι. Itaque si quid iniqui acciderit, di ceteri Jovem tamquam iudicem summum querelis adeunt et precibus (E, 872. H, 446. ν, 128. μ. 377. ε, 395.) Levia esse intelligitur prae tanta Jovis potentia, quantam his locis descriptam reperimus, ea, quae passim de fato dicta sint; tamen ea ipsa potissimum Quintum non modo imitatum esse sed amplificasse et exaggerasse, quum Jovis Homericum tantum lineamenta quaedam retineret, iam satis comprobatum esse arbitror iis, quae supra de hac re disputata sunt.

Eandem igitur poeta ‘Ομηρικώτατος’*) rationem secutus esse videtur in iis, quae de divini numinis vi et natura, de fato et de Jove proferat (de ceterorum

*) Hoc eum nomine primus insignivit Constantinus Lascaris: ‘Ομηρικὸς δὲ γενόμενος ἠθέλησε τὰ ἐν τῷ ‘Ομήρῳ παραλελειμμένα τῆς Ἰλιάδος ‘Ομηρικῶς ποιῆσαι. cf. Koehly Prolegg. p. CXI. Dorville. Vann. critic. p. 343 apud Tychsen, comment. de Quint. Sm. sect. II. §. 11. adnot.

deorum ministerio (hoc loco disserere omitto) atque in totius carminis contextu, ut decerptis undique ex Homericis carminibus flosculis ea, quae ipse narraturus erat ita augere studeat atque exornare, ut Homerum ipsum superare velle videatur, neque tamen, quid ipsi persuasum fuerit de his rebus, vel aetatis proprium, qua fuisse fertur, exquiri ullo modo possit. —



Schulnachrichten.

I. Lehrverfassung.

A. Lehrplan.

Latein.

- Cl. VI.** 9 St. Grammatik und zwar Einübung der regelmäßigen Formen in Declination und Conjugation, die Geschlechtsregeln, Pronomina, Zahlwörter, Comparationen und Präpositionen nach Siberti 4 St.; Exercitien und Extemporalien zur Einübung des Gelernten 1 St.; Lectüre aus Ellendt's Lesebuch 1. Cursus bis No. 67 mit Auswahl 4 St. Schumann.
- Die schwächeren Schüler sind in 2 grammatischen St. von den andern getrennt, um vorzugsweise in der Declination und Conjugation, verbunden mit der Bildung einfacher Sätze, geübt zu werden.
- Cl. V.** 9 St. Grammatik und zwar zuerst Wiederholung des Pensums der Sexta und Erweiterung desselben durch Hinzunahme des Abweichenden und Unregelmäßigen nach Siberti 4 St.; Exercitien und Extemporalien 1 St.; Lectüre aus Ellendt's Lesebuch von No. 67 des 1. Cursus bis zum 2. Abschnitt des 2. Cursus; aus dem 3. Abschnitt ausgewählte Stücke zur Einübung der einfachsten syntaktischen Regeln, namentlich des Acc. c. Inf. und des Abl. absolut. 4 St. Böhmer.
- Cl. IV.** 10 St. Grammatik und zwar Wiederholung der Formenlehre 1 St. und *syntaxis casuum* (Siberti Kap. 82—90) 3 St.; Exercitien und Extemporalien zur Einübung der grammatischen Regeln 1 St.; Cornel. Nep. (Dion, Iphicrates, Chabrias, Timotheus, Datames, Epaminondas, Pelopidas, Agesilaus, Eumenes, Phocion, Timoleon, de regibus, Hamilcar) 5 St. Frenzel.
- Cl. III, B.** 10 St. Grammatik und zwar Wiederholung und Ergänzung der Kasusregeln (Zumpt Kap. 69—75), außerdem Kap. 76, 77, 78, 1—6 3 St.; Exercitien und Extemporalien 2 St.; Lectüre und zwar Caes. de bell. Gall. VII. und VIII. 3 St., Ovid. Metam. V. und VI. mit Auswahl, dabei Prosodie (Zumpt Kap. 3) und aus der Metrik §. 841—843 mit Übungen in der Wiederherstellung dactylischer *versus turbati* 2 St. Richter I.

- Cl. III, A. 10 St. Grammatik und zwar Wiederholung von Zumpt Kap. 69—77, sodann 78—83 3 St.; Exercitien und Extemporalien nebst mündlichen Uebungen aus August 2 St.; Lectüre und zwar Curt. III—VI. 3 St. Nachts; Ovid. *Metam.* XIV. und XV. mit Auswahl nebst einigen Trist. zur Einübung des Pentameters und metrische Uebungen 2 St. Schumann.
- Cl. II, B. 10 St. Grammatik und zwar Wiederholung und Ergänzung des früher Gelernten (Zumpt Kap. 69—83) 1 St.; Exercitien und Extemporalien 2 St.; Lectüre und zwar im Winter Cic. *pro Rosc. Amerin.* und *pro Dejotaro*, im Sommer Livius VI. 4 St., Controle der Privatlectüre aus Caes. *de bell. Gall.* IV—VIII. 1 St. Schottmüller; Virg. *Aen.* III. und IV. 2 St. Richter II.
- Cl. II, A. 10 St. Grammatik und zwar *syntaxis ornata* (Zumpt Kap. 84—87) 1 St.; Exercitien und Extemporalien, zuweilen 1 Aufsatz im Anschluß an die Lectüre 2 St.; Lectüre und zwar im Winter Cic. *pro Milone* und im Sommer Liv. XXII. 4 St.; Controle der Privatlectüre aus Cic. *epist. ed. Süpfle* 1 St. Claussen; Virg. *Bucolica* und *Georg.* I—IV. Der Direktor.
- Cl. I, B. 8 St. Exercitien (wöchentlich 1) und Aufsätze (monatlich 1) 1 St.; Extemporalien zur Wiederholung der Grammatik 1 St.; Lectüre und zwar im Winter Cic. *div. in Q. Caecilius* und in *Verr. Act. II. lib. V.*, im Sommer Tacit. *dial. de claris orator.*, *privatim* Liv. I. und II. 4 St. Schottmüller; Horat. *Carm.* I. II. 2 St. Der Direktor.
- Cl. I, A. 8 St. Exercitien (wöchentlich 1) und Aufsätze (monatlich 1) 1 St.; Extemporalien zur Wiederholung der Grammatik 1 St.; Lectüre und zwar im Winter Cic. *de orat.* I., *privatim* II. und III., im Sommer Tacit. *Hist.* I. und II., *privatim* Cic. *Brutus* 4 St. Schottmüller; Horat. *Carm.* lib. III. und IV. 2 St. Der Direktor.

G r i e c h i s c h.

- Cl. IV, 6 St. Grammatik und zwar das Regelmäßige in der Declination und Conjugation bis zu den Verb. auf *μν*, die Zahlwörter, Pronomina und Comparation der Adjektiva (Buttmann *Griech. Grammatik*); dazu kleine Exercitien 3 St.; Lectüre aus Jakobs' Lesebuch *Curf. I.* 1—9. Schumann.
- Cl. III, B. 6 St. Grammatik und zwar Wiederholung des vorigen Pensums und Beendigung der regelmäßigen Formenlehre, dazu kleine Exercitien 3 St.; Lectüre aus Jakobs' Lesebuch *Curf. I.* 10—12 und *Curf. II. C.* 6, 1—Ende. 3 St. Böhmer.
- Cl. III, A. 6 St. Grammatik und zwar Wiederholung der regelmäßigen Formenlehre und Einübung der unregelmäßigen Verba mit kleinen Exercitien 2 St.; Lectüre aus Jakobs' Lesebuch *Curf. II. D.* 2 und 3 nebst den Briefen C, c 2 St.; Hom. *Odyss.* I. und II. zur Einübung des Scansion und des Dialekts 2 St. Richter II.
- Cl. II, B. 6 St. Grammatik und zwar Wiederholung der Formenlehre, besonders der unregelmäßigen Verba, die nöthigsten Regeln der Syntax, speziell die *syntaxis casuum* nebst Exercitien und Extemporalien (wöchentlich 1) 2 St.; Lectüre Xenoph. *Anabas.* V—VII. 2 St.; Hom. *Odyss.* I—XII. theils *privatim*, theils in der Klasse. Richter II.

- Cl. II, A. 6 St. Grammatik und zwar Wiederholung der *syntaxis casuum* und dann Moduslehre 2 St.; Lectüre *Plut. Pericles, Fab. Maxim., Themistocles u. Camillus* 2 St.; *Hom. Odys. XIII—XXIV.* theils privatim, theils in der Klasse. Nachts.
- Cl. I, B. 6 St. Grammatik im Winter Lehre von der Verbindung des Subjekts und Prädikats, Syntax des Artikels und der Pronomina, im Sommer Lehre vom Gebrauch der Casus und Exercitien dazu (wöchentlich 1) 1 St.; Lectüre im Winter *Plat. Apol. und Crit.*, im Sommer *Lys. orat. funebr. advers. Andocidem* und in *Eratosthenem* 2 St.; Controle der Privatlectüre aus *Xenoph. Hellenic. I.—IV.* 1 St. Nachts; *Hom. Il. I.—XII.* theils privatim, theils in der Klasse 2 St. Der Direktor.
- Cl. I, A. 6 St. Grammatik im Winter Syntax der Tempora, Modi und Genera des Verb. im Sommer die Lehre von den Partikeln nebst Exercitien (wöchentlich 1) 1 St.; Lectüre im Winter *Thucyd. I. 1—21 und VI. 1—50*, im Sommer *Plat. Meno und Eutyphro* 2 St., Privatlectüre aus *Herod. I. und II.* 1 St. Richter II.; im Winter *Sophocl. Oedip. Rex* und daneben privatim *Il. XIII—XVIII.*, im Sommer *Il. XIX—XXIV* theils privatim, theils in der Klasse 2 St. Der Direktor.

französisch.

- Cl. V, 3 St. Plöz' Lehrbuch der franz. Sprache 1. Curs. 1. und 2. Abschnitt S. 1—39, Leseübungen, Vocabeln, regelmäßige Declination mit und ohne Artikel, *avoir* und *être*, mündliche und schriftliche Beispiele dazu. Böhmer.
- Cl. IV, 2 St. Fragendes und zurückbezügliches Fürwort, Steigerung, unregelmäßiger Plural, Zahlen, Theilungsartikel, Bildung der Formen der regelmäßigen Conjugation, persönliche Fürwörter, *verbes pronominaux*, Veränderungen des *part. passé*, die gewöhnlichsten *verbes irréguliers* nebst mündlichen und schriftlichen Uebungen aus Plöz' Cursus I. 3., 4. und 5. Abschn. S. 39—105. Frenzel.
- Cl. III, B. 2 St. Plöz' Lehrbuch der französischen Sprache 2. Curs. oder Schulgrammatik. Unregelmäßige Verba und Uebungen dazu, 1. und 2. Abschnitt S. 1—54 nebst Exercitien und Extemporalien (wöchentlich 1) 1 St.; Lectüre Plöz' *Chrestomathie* S. 11—46 1 St. Lucht.
- Cl. III, A. 3 St. Nach der Wiederholung des vorigen Pensums die Regeln über die Anwendung von *avoir* und *être* bei der Conjugation, reflexive und persönliche Verba, Formenlehre des Nomens und Adverbs, das Zahlwort und die Präpositionen Plöz 3. und 4. Abschnitt 1 St.; zugehörige Exercitien und Extemporalien 1 St.; Lectüre Plöz' *Chrestomathie* S. 150—219 1 St. Nachts.
- Cl. II, B. 2 St. Nach der Wiederholung des 1. und 2. Abschnitts der Schulgrammatik Abschnitt 5 und 6 nebst zugehörigen Exercitien und Extemporalien (wöchentlich 1) 1 St.; Lectüre *Histoire d' Aladdin, conte arabe traduit par Galland* bis chap. VIII. 1 St. Richter I.
- Cl. II, A. 2 St. Nach der Wiederholung des 3. und 4. Abschnitts aus der Schulgrammatik Abschnitt 7, 8 und 9 nebst Exercitien und Extemporalien (wöchentlich 1) 1 St.;

- Lectüre im Winter *choix de pièces dramatiques* (Theissing'sche Bibliothek Band XIV.), im Sommer *choix de nouvelles* XIX. siècle (Bibl. VI.) 1 St. Richter I.
- Cl. I, B. 2 St. Grammatische Repetitionen und dazu Exercitien oder Extemporalien (wöchentlich 1) aus den Uebungen mit zusammenhängendem Inhalt 1 St.; Lectüre im Winter *Louis XI par Delavigne*, im Sommer *choix de contes et de récits* (Bibliothek Bd. VII.) 1 St. Richter I.
- Cl. I, A. 2 St. Grammatische Repetitionen und dazu Exercitien und Extemporalien (wöchentlich 1) aus den Uebungen mit zusammenhängendem Inhalt 1 St.; Lectüre *histoire de la première croisade* (Bibliothek III.) 1 St. Richter I.

D e u t s c h.

- Cl. VI. 4 St. Lectüre aus Lehmann I, a, verbunden mit Einübung der Wörterklassen 2 St.; orthographische Uebungen und Durchgehen der häuslichen Arbeiten 1 St.; Declamationsübungen 1 St. Kalanke.
- Die schwächeren Schüler werden in diesen 4 Stunden von den andern getrennt unterrichtet, und zwar haben sie Leseübungen, verbunden mit Uebungen in der Flexion und Conjugation 2 St.; orthographische Uebungen 1 St.; Declamationsübungen und Uebungen im Nacherzählen 1 St. Schärffenberg.
- Cl. V. 4 St. Lectüre aus Lehmann I, b, verbunden mit der Lehre vom einfachen Satz und seiner Erweiterung, 2 St.; orthographische Uebungen, verbunden mit dem Durchnehmen der häuslichen Arbeiten, 1 St.; Declamationsübungen 1 St. Schärffenberg.
- Cl. IV. 2 St. Lectüre aus Lehmann II, a, und dabei die Lehre vom zusammengesetzten Satz und der Interpunction 1 St.; Declamationsübungen und Versuche, kleine Erzählungen frei wiederzugeben, Durchgehen der häuslichen Arbeiten (alle 3 Wochen 1) 1 St. Frenzel.
- Cl. III, B. 2 St. Lectüre aus Lehmann II, b, mit Uebungen in freien Vorträgen und im Declamiren 1 St.; Zurückgabe der Aufsätze (alle 3 Wochen 1) 1 St. Lucht.
- Cl. III, A. 2 St. Lectüre aus Lehmann II, c, mit Uebungen in freien Vorträgen und im Declamiren 1 St.; Zurückgabe der Aufsätze (alle 3 Wochen 1) 1 St. Schumann.
- Cl. II, B. 2 St. Lectüre im Winter Schiller's Trilogie *Wallenstein*, im Sommer *Tell* und als Einleitung eine Uebersicht über die verschiedenen Stilgattungen und Dichtungsarten 1 St.; Zurückgabe der Aufsätze (alle 4 Wochen 1) 1 St. Percio.
- Cl. II, A. 2 St. Zurückgabe der Aufsätze (monatlich 1) und Uebung in freien Vorträgen 1 St.; Geschichte der Literatur nach Pischon und zwar im Winter 1. und 2. Zeitraum, im Sommer 3. Zeitraum und Lectüre im Winter des *Laokoon* von Lessing, im Sommer der *Gudrun* 1 St. Percio.
- Cl. I, B. 3 St. Zurückgabe der Aufsätze und Uebung in freien Vorträgen 1 St.; Geschichte der Literatur nach Pischon und zwar im Winter 4. und 5., im Sommer 6. Zeitraum mit der Lectüre von Musterstücken 2 St. Claussen.
- Cl. I, A. 3 St. Die Grundlehren der Logik 1 St.; Zurückgabe der Aufsätze (alle 4 Wochen 1) und Uebungen im Vortragen 1 St.; Geschichte der Literatur nach Pischon 7. Zeitraum, und Lectüre von Musterstücken 1 St. Claussen.

H e b r ä i s c h.

- Cl. II. 2 St. Grammatik, Uebungen, Conjugationen und einzelne Hauptregeln der Syntax, namentlich vom Nomen. Gesenius S. 104—123; Lectüre Exod. X—XVIII. Percio.
Cl. I. 2 St. Grammatik und zwar Wiederholung der Formenlehre und außerdem Gesenius S. 77—103, Syntax S. 103—153; Lectüre im Winter 1. Könige 1—8, im Sommer Jesaias 1—6. Percio.

R e l i g i o n.

- Cl. VI. 3 St. Biblische Geschichte des N. T. nach Preuß und zwar die erste Hälfte S. 1—97, daneben Lernen der Gebote mit den Hauptbeweisstellen und einigen Kirchenliedern. Lucht.
Cl. V. 3 St. Biblische Geschichte des N. T., die 2. Hälfte S. 97—174, daneben Lernen des 2. und 3. Hauptstückes mit den wichtigsten Beweisstellen und einigen Kirchenliedern. Lucht.
Cl. IV. 2 St. Biblische Geschichte des N. T. mit der Geographie von Palästina, Lectüre einiger Parabeln des N. T., Lernen des 4. und 5. Hauptstückes mit den Hauptbeweisstellen und einigen Liedern. Frenzel.
Cl. III, B. 2 St. Wiederholung des Katechismus und der gelernten Lieder nebst einigen neuen, Erklärung (im Winter) des ersten und (im Sommer) des 3. Hauptstückes; daneben Bibelfunde, d. h. allgemeine Kenntniß der biblischen Bücher, verbunden mit der Lectüre einzelner Abschnitte. Kalanke.
Cl. III, A. 2 St. Wiederholung des Katechismus und der gelernten Lieder, Hinzufügung einiger neuer, Erklärung des 2., 4. und 5. Hauptstückes; daneben Lectüre ausgewählter Psalmen und einzelner Abschnitte der Propheten mit besonderer Rücksicht auf die Geschichte des Reiches Gottes im alten Bunde. Richter II.
Cl. II. 2 St. In den beiden obersten Klassen wird der Unterricht nach dem Hilfsbuch von Hollenberg erteilt.
Im Winter Einleitung in das N. T. und Lectüre des Hiob, im Sommer die Geschichte des alten Bundes mit der Lectüre des Jesaias. Percio.
Cl. I. 2 St. Im Winter Dogmatik im Anschluß an die 3 Artikel des 2. Hauptstückes mit der Lectüre des Evangelium Johannis, im Sommer Symbolik und die Lectüre der Augustana. Percio.

M a t h e m a t i k.

- Cl. VI. 4 St. Rechnen und zwar die 4 Grundrechnungsarten in ganzen, gebrochenen, unbenannten und benannten Zahlen. Frenzel.
Cl. V. 4 St. Die auf Proportionen beruhenden Rechnungsarten und Decimalbrüche. Kalanke.
Cl. IV. 3 St. Der Unterricht wird in allen folgenden Klassen nach Ramblly's Elementarmathematik in 4 Theilen gegeben.
Geometrische Anschauungslehre und Congruenz der Dreiecke. Ramblly II. S. 1—69; Beweise für die Bruchrechnungen, praktisches Ausziehen der Quadratwurzel,

Buchstabenrechnung und Uebungen im praktischen Rechnen. Kambly I, 8—22. Kalkanke.

- Cl. III, B. 3 St. Im Winter Gleichungen des 1. Grades mit 1 und mehreren Unbekannten, Lehre von den Proportionen, Kambly I. §. 27—32, Ausziehen der Kubikwurzeln und Rechenübungen; im Sommer Lehre von den Vierseiten, vorzugsweise den Parallelogrammen, Kambly II. §. 70—81, Lehre vom Kreise, Kambly II. §. 82—110. Bercio.
- Cl. III, A. 3 St. Im Winter Vergleichung des Flächeninhalts geradliniger Figuren, Verwandlung, Theilung und Ausmessung geradliniger Figuren, Proportionalität und Aehnlichkeit geradliniger Figuren, Proportionalität gerader Linien am Kreise, Berechnung der Seiten regulärer Polygone, Berechnung der Kreislinie und Kreisfläche. Kambly III. §. 111—165; im Sommer Potenzlehre, Kambly I. §. 39—56, algebraische Gleichungen mit 1 und mehreren Unbekannten, einfache quadratische Gleichungen, Kambly I. §. 68—76. Bercio.
- Cl. II, B. 4 St. Im Winter Wiederholung der Planimetrie und Konstruktion einfacher analytischer Ausdrücke, Kambly II. §. 166—168, quadratische Gleichungen mit mehreren Unbekannten, arithmetische und geometrische Reihen, Kambly I. §. 81—86; im Sommer Logarithmen, Kambly I. §. 57—67, Exponentialgleichungen, Kambly I. §. 78 und Zinseszinsrechnung, Kambly I. §. 87—89. Sänsch.
- Cl. II, A. 4 St. Im Winter die Lehre von der harmonischen Theilung, Kambly II. §. 144—150; im Sommer ebene Trigonometrie, Kambly III. §. 1—28.
- Cl. I, B. 4 St. Im Winter die Lehre von den unbestimmten Coefficienten und Zerlegung der Brüche in Partialbrüche, diophantische Gleichungen, Kambly I. 3. Anhang §. 35—39, Progressionen höherer Ordnungen und Kettenbrüche, Kambly I. 1. Anhang §. 17—21; im Sommer Lehre von den Transversalen, Kambly II. §. 144—150, durch den Vortrag des Lehrers erweitert, analytische Geometrie und Konstruktion analytischer Ausdrücke, Kambly II. §. 166—168. Sänsch.
- Cl. I, A. 4 St. Im Winter Stereometrie, Kambly IV. §. 1—67, Zahlentheorie, Kambly I. 2. Anhang §. 22—34, Combinationslehre, Kambly I. §. 90—97; im Sommer Anwendung der Trigonometrie auf stereometrische Aufgaben und Polygonometrie, Kambly III. 2. Abtheilung §. 1—17, binomischer Lehrsatz, Entwicklung von Logarithmen und Kreisfunctionen in Reihen, Kambly I. §. 98—99. Sänsch.

Naturwissenschaften.

- Cl. III, B. 2 St. Uebersicht der beschreibenden Naturwissenschaften nach Schilling und zwar im Winter Meteorologie und Mineralogie, im Sommer Botanik und Zoologie.
- Cl. II, B. 1 St. Populärer Vortrag der Physik ohne mathematische Begründung und zwar im Winter die allgemeinen Eigenschaften der Körper, Elemente der Statik und Hydrostatik im Sommer Wärme und Licht. Sänsch.
- Cl. II, A. 1 St. Fortsetzung des Pensums der vorigen Klasse und zwar im Winter Electricität, im Sommer Magnetismus und Galvanismus. Sänsch.

- I. 2 St. Wissenschaftlicher Unterricht in der Physik nach Kries und zwar im Winter die allgemeinen Eigenschaften der Körper und Statik, Kries S. 1—211, im Sommer die Lehre vom Licht, Kries S. 211—286. Fänsch.

Geographie.

Der Unterricht wird in allen Klassen nach dem Leitfaden von Voigt ertheilt.

- VI. 3 St. Vorbereitender Cursus. Das Nothwendigste über Gestalt, Größe, astronomische Eintheilung, Stellung und Bewegung der Erde, Uebersicht über Land und Wasser und eine ganz allgemein gehaltene Uebersicht über die Welttheile. Voigt S. 1—14. Lucht.
- V. 2 St. Im Winter Australien und Amerika, Voigt S. 19 u. 22, im Sommer Afrika und Asien, S. 20, 21; vorher Wiederholung des I. Cursus S. 1—14 und dann S. 15—18. Schärffenberg.
- IV. 1 St. Europa und zwar im Winter die physische Geographie, Voigt S. 23—25, und das Wichtigste über die südlichen, östlichen und nördlichen Länder, S. 89—100, im Sommer Mittel-Europa, das Wichtigste aus S. 101—110. Böhmer.
